laurum retulit sic absinthium unitatis acceptat morose men-
tis humilitas fecundat offocia sedulitas in fructum producit
perseverantie utilitas sic semente affert pruinam pluviam aus-
ter. consolidat scopa maris aquilo. In ubertatem promovet florum
creator zephirus. Sic dura principia dulci fine mutantur.
Sic arctus callis ad ampla ducit palatia et angustus trames ad
terram viventium. Sed ne longo ne dispendio suspensam te ut
maiore testimonio fides tibi adhibeatur. lege aureolum The-
ophrasti et Medeam Iasonis et pauca invenies impossibilia
mulieri. Amice det tibi deus omnipotens omnipotentis femine fallacia
non falli. et illuminet cor tuum deus ne presignatas dolis ten-
das quo ego timeo. Sed ne Horestem scripsisse videar. Vale.

¶ Quociens a nobis petitur quod religioni et honestati con-
venire dignoscitur: animo nos decet libenti concedere.
et petentium desideriis congruum suffragium impartiri. (nota)

¶ Ea que honestatis decore vel vigore deformat et probantur canonicis
sanctionibus obviare penitus sunt evellenda et studio apostolico quodam(?)
vitus(?) resecanda.

¶ Avaritie que est ydolorum servitus hoc debet vacare studiosius
contrarie(?) que post veritatem elegerunt domino in religionis ha-
bitu deservire.

¶ Quanto maiori dignitate crevit dominus promineus(?) tanto de-
bet amplius et oportet te omnibus cum diligentia et gravitate
hic quod omnia sine nota reprehensionis videans(?) pagere(?)
et maturitate et sollicitudine officium laudabiliter supplere(?)

Cum pro(?) religiosos vel certum(?) nos possumus in contemplationis
arce placere, decet nos ab hiis que sunt obvia racioni penitus absti-
nere ut qui reprehensionem subiaceat aut sinistram opinione contra
famam valeat demigrare (nota)

Sunt terra quam nullus poterit nisi conferat usus
Barbe perfecte versus Annone note. (versus)
Quod magis est nimium plenum proferre latinum.